

Dissertatio Inavgvralis Jvridica, De Limitibvs Jvstitiæ, Æqvitatis, Jvris Aggratiandi Et Arbitrii Jvdicis

Rostochii: Typis Johannis Jacobi Adlerii, [1738]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002343445>

Druck Freier  Zugang




RU jurist. April.1738

~~Keding, Christ.~~

Manteel, Ernst Johann Friedrich

/b.1

/b.2





DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA,
DE
LIMITIBVS IYSTITIAE,
ÆQVITATIS, IVRIS AGGRA-
TIANDI ET ARBITRII
IVDICIS,

QVAM,
ADSPIRANTE DIVINA GRATIA, EX DECRETO IL-
LVSTRIS ICTORVM ORDINIS IN ACADEMIA
ROSTOCHIENSI,

SVB PRÆSIDIO

DN. ERN. IOH. FRID. *Manßeln;*
PHIL. & IVR, DOCT. & PROFESSORIS ATQVE AD
H. A. DECANI,

COGNATI ET STVDIORVM SVORVM
PROMOTORIS ÆSTVMATISSIMI,
PRO LICENTIA,

SVMMOS IN VTROQVE IURE CONSE-
QVENDI HONORES ET PRIVILEGIA
DOCTORALIA,

IN AVDITORIO CONSVETO, SOLENNITER,

HORIS ANTE ET POST MERIDIEM

AD D. APRIL MDCCXXXVIII.

PVBLICÆ ERVDITORVM DISQVISIONI SVBJICIT
JOACH. CHRISTIAN KEDING,
GUSTROV. JUR. CAND.

R O S T O C H I I,

Typis JOHANNIS JACOBI ADLERII, SERENISS. PRINCIPIS
& ACAD, Typogr,

DISSERTATIO IN AVOGARUM IURIDICA

DE

LIMITIBVS JUSTITIAE

AEQUITATIS IURIS AEGRAE

TIANBI ET ARBITRII

IURIS

ADRIANAE DIVINAE GRATIAE EX DECRETO D.

LISTRIE IURIS ORDINIS IN ACADEMIA

ROSTOCKENSIS

SUB PRESENTIO

DR. ERN. JOH. ERND. SYMBOLDI

PHILOSOPHIAE DOCT. & PROFESSORIS ATORE AD

HAEC BEGANT

COGNITA ET REPERTA IN SPORVM

PROFESSORIS ASSISTENTIS

PRO LICENTIA

SUMMOS IN ATRIOVE IURE CONSE-

QUENDI HONORES ET PRIVILEGIA

DOCTORALIA

IN ACADEMIA CONTRACTO - SOLEMNITER

HAEC HABITIS POST MERIDIANUM

AD D. APRILIS MDCCLXXVIIII

PUBLICAE ERUDITIONIS DISPOSITIONI SUBJICIT

JOACH. CHRISTIAN. KEJDING

CESTROV. JUR. CAND.

ROSTOCKII

JOHANNIS JACOBI SILLERII SENIORIS FRINCIPIS

ACAD. TYPIS

GUSTROVII,

Urbis, ob Residentiam Ducalem atque
Justitiæ sacraria & palladia illustris
atque splendidae

SENATVI

Amplissimo atque prudentissimo,

Viris,

Illustri, Prænobilissimis, Excellentissimis,
Consultissimis, Amplissimis atque
prudentissimis,

Dominis,

Dn. JOH. CHRISTOPH. VICK,

Dicasterii Aulico - provincialis Mecklen-
burgici Assessori Ducali Seniori venerabi-
li & Urbis Patriæ Consuli primario, ultra
triginta annos, meritorum copia spe-
ctabilissimo, Avunculo suo ho-
noratissimo,

X

Dn.

Dn. JOH. GVSTAVO STORCH,
Serenissimi Ducis regnantis Mecklenbur-
gici Consiliario Aulico splendidissimo,
Jcto celeberrimo & patriæ Civitatis
Consuli longe gravissimo,

Dn. JOH. PETRO KRAFFT,
Jcto, Syndico Civitatis celebratissimo, me-
ritissimo, Judicii Aulico-Provincialis Pro-
curatori & Cancellariæ Ducalis Ad-
vocato ordinario consultissimo
atque eximio,

Dn. PETRO GRAVMANN,
Senatorum Seniori & Judicii Aulico-Pro-
vinc. Meckl. Advocato ordinario,
experientissimo,

Dn. CHRISTIANO KEDING,
Senatori, annis & meritis gravissimo, Pa-
renti suo filiali cultu observando,

Dn. FRID. BARCKAY,
Senatori spectatissimo,

Dn.

Dn. PHILIP. CHRISTOPHO.
RO SCHROEDER,

Senatori longe optime merito,

Dn. CONRADO JUSTO
SCHOEPFFER,

Jcto, Senatori & Dicasteriorum Ducal.
Advocato ordinario merentissimo,
præstantissimo,

Dn. CHRIST. JOACHIMO
WARNEMUNDE,

Jur. Utr. Candidato, Senatori & Judici
Aulico-Provincialis Advocato ordinario,
multis meritis conspicuo & dexter-
rimo,

Dn. THOMÆ SPALDING,

Jcto, Senatori & Dicasterii Provincialis
Advocato ordinario fulgidissimo,
celeberrimo,

) (2

Dn.

Dn. CHRISTIANO DIETE-
RICO DOHSEN,

Secretario Civitatis meritissimo, fide-
lissimo,

Dominis, respectue, Patronis, Fautoribus, Patri,
Cognatis, Agnato & Amicis, perpetua observantia,
cultu, honore & amore venerabilibus, colen-
dis atque æstimandis,



Hanc disputationem inauguralem dando, di-
cando, dedicando, quævis fausta atque
felicia apprecatur,

Tantium Virorum totque inclytorum at-
que honoratissimorum nominum

Cliens atque Cultor,

JOACH. CHRISTIAN.
KEDING.

B. L. legat. p. 7. §. 15. a minori ad majus.



Q. S. N. B. V.

ANTELOQVIUM.



Dropositum, honores in jure ambiendi doctores, requirebat elaborationem dissertationis inauguralis. Circumspexi igitur & sensi, quod aliquid plane novi scribere sit admodum rarum & difficile. Hinc lubuit meditari de quibusdam universalibus, & quia soepe regula: *Æquitas stricto juri est præferenda*, mihi scrupulos injecit, volui eandem brevibus examinare. Non autem

A

pote-

poterant idem fieri, nisi indagarem, an & quatenus justum, æquum, gratia & arbitrium inter se differant. B. L. videat quid valeant ea, quæ scripsi; ipse ego bene mecum habito & agnosco, quod meæ assertiones curatiorum censuram subire debeant; sufficit tamen mihi, si dixerint amici censores, me non ubique errasse. Capita disputationis facere non potui, quia filum materiæ erat nullo loco dissolubile. Rogo quam humanissime, ut mihi prima vice aliquid typographo concedenti venia detur, si rem acu non tetigerim. DEVS autem qui justus & clemens est, & in quo propter omniscientiam & perfectionem non datur tertium, siquidem de DEO prædicari, quod æquus sit, nunquam audivi, mihi assistat per omnem vitam, faxitque ut mihi, qui nemini molestus ero, adspirent Fautores & Amici, quibus mea officia dedicare & præstare promptissime queam.

TRA-

TRACTATIO.

Lex 8. C. de Judiciis ita sonat : *Placuit in omnibus rebus præcipuam esse justitiæ æquitatisque quam stricti juris rationem.*

§. 1.

TRia dari juris præcepta, nempe: *Honestè vive, neminem læde & suum cuique tribue, frustra dicitur, quia inter hæc præcepta non dantur limites & quia nescitur, quænam officia vel ad hanc vel ad illam debeant referri classem. Summa merito redit ad illud aureum: SVVM CVIQUE TRIBVE.*

§. 2.

Justitia dicitur ille habitus, qui suum cuique tribuit ; & quamvis non detur justus in exemplo, omni labe carens, tamen conceptus perfectionis haud est difficilis.

§. 3.

Suum cuique qui tribuere vult, scire debet, quid sit eius jusque ; Hinc opus est legibus & norma ; Et quia non absque artificio versari licet circa hanc normam, sive præscripta veniat indaganda sive etiam nova determinanda, illa pars artificii eruditorum quæ continet habitum Leges interpretandi & applicandi dicitur : JURISPRVDENTIA.

§. 4

Quando illa universaliter concipitur, nihil est justum vel injustum, quod non designet vel taxet ; Quia autem in tanta aberrationum multitudine impossibile est, ut omnibus vitiis & lapsibus par sit, distinctio erit facienda, ita ut in jure parium non facile invitus habeat judicem, nisi qui datam fidem frangit, & in criminalibus non puniatur nisi qui gravi-

ter offendit concivem vel turbavit felicitatem Reipublicæ, vel denique detestatissima patravit facinora. Quæ illa quæ juris permiffivi sunt, & quibus normam præscribit Legislator, res per se clara est, quod frustra leges invocet, qui earundem normam migrat.

§. 5.

Distinguunt Icti, Objectum Jurisprudentiæ eruendo, inter justitiam universalem, quam Magnus Grotius attribuiticem, & particularem, quam idem ille Grotius explettricem appellat, & Curia contenta est civibus stantibus promissis & proximum non lædentibus, vel turpissime humanitatem haud exuentibus.

§. 6.

Alii scribunt, Jurisprudentiam ea non curare, quæ officii magis sunt & humanitatis; sed circulus est in hoc discursu, nam quænam sint talia non, aliter potest cognosci quam inde, quod jurisprudentia eadem haud imperet vel extorqueat. Hinc ponendi erunt limites & credo me obscurum per clarius explicasse.

§. 7.

De limitibus igitur Justitiæ differens id quidem in genere largior, quod Justitia nullos habeat limites, si quidem in sese virtutes continet omnes; sed quando consideratur administratio Justitiæ & observatur, quod forum sit dijudicandis & puniendis omnibus querelis & vitis impar, omnino dantur limites inter justitiam, quatenus Theologi & Moralitæ eandem urgent, & quatenus Icti eandem imperant.

§. 8.

Ere scholæ & curiæ esset omnino, perspicuos ad hanc veritatem exquisivisse terminos, qui enim hætenus adhibentur, haud satisfaciunt causæ. Grotiani adeo sunt obscuri ut etiam invertere illos absque formidine tenebrarum majorem liceret. Imo si quis distingveret inter Justitiam A & Justitiam

Justitiam B. fere idem officium præstitisset. Illam inter universalem & particularem eapropter accusant, quia non licet rem dividere in totum & partem. Interea qui scopum considerat, facile excusabit terminos; si enim concipi potest, quid sit omnia & quid sit nonnulla officia observare, is haud ægre feret vocabula bono fine adoptata.

§. 9.

Limites justitiæ ex hisce positis apparent, siquidem inde constat, quousque Jctus & Judex suas partes extendere possit, & lites finium regundorum ferventes inter Theologiam Philosophiamque moralem atque Jurisprudentiam ex his Principiis erunt dirimendæ. Exemptiones actionum non competentium, siue eadem à concive siue à Fiscali intententur, facile hinc fundantur & nulla alia est via eundi ad judicium, quam ea quæ per leges monstratur, & quidem juxta sequentem limitationem. Legatur ex asse satisfaciens III. BOEHMERVS, Patronus & Præceptor meus venerabilis, Tr. de Actionibus Sect. I. Cap. II. §. 8. & 35. verbis: *Ex sola aqutate itaque non nascantur actiones, nisi quatenus lege agnita & ad producendam actionem creata. Cum dictum sit, ex sola aqutate, qua sepe tantum regulas amoris & officia humanitatis designat, non nasci actionem, inconueniens videtur, remedium indulgere, ubi desinit juris dispositio.*

§. 10.

Actiones humanæ secundum quandam sunt componendæ normam; Alia est norma cordibus inscripta; Alia divinitus revelata; Alia à quolibet Principe vel Magistratu præscripta. Quod ad ultimam, nihil est vel injunctum vel prohibitum, quod si negligatur vel fiat, exemptum esset a judicis censura; Quod autem ad normam divinam siue scriptam siue non scriptam pertinet, non quavis transgressio legis, siue jubeat siue prohibeat, facit reatum in foro soli.

§. II.

Circumfertur distinctio inter obligationem perfectam & imperfectam; si juridice accipiatur, qua effectum actionum instituendarum admittenda est eadem; sed quod, in sensu philosophico, obligatio imperfecta sit contradictio in adjecto, evidenter constat.

§. 12.

Ad limites justitiæ ponendos spectat etiam alia illa distinctio inter justitiam commutativam & distributivam. Distinctio eadem pluribus; Verum quod ad rem ipsam justitiæ administratio alia est, quæ jura partium in civilibus. citra respectum personarum, meretur, & mere tricem etiam cum virgine castissima litigantem pro meritis causæ victricem facit: Alia est personas respiciens, quæ in pœnis infligendis & præmiis conferendis distinguit; jmo quando inter mortem & vitam non licet distinguere, tamen in genere & modo supplicij diversa veniunt determinanda,

§. 13.

An jus Justitiæ, an vero Justitia juri limites ponat, problema est, ad collegium disputatorium aptissimum. Ego quidem bene gnarus sum quod jus, quatenus vel synonymum legis vel etiam complexus multarum legum est, supponat legislatoris habitum in virtute justitiæ; Attamen hoc scopo credo quod jus justitiæ prius sit & huic faciat limites. Dicimus communiter: judex durior vel mitior lege sit infamis; Belle factis, nam limites judicii sunt leges, quas transilire non licet, quasque ultra & citra justum non potest consistere.

§. 14.

Ponat ergo quis sibi ob oculos veritates æternas quas Jus Naturæ appellamus & Veritates hujus mundi, quas rationem status universalem & cetera ratione, Jus Gentium appellare placet: Veritates divini decreti & beneplaciti, quas
ab.

abscisse Jus Divinum vocamus, & veritates mere civiles, quæ
jus hujus vel illius Regni, Provinciæ vel urbis dicimus,

§. 15.

Sed quis quæso limites horum jurium dignoscere poterit,
qui nescit quid singula significant, imo qui artem interpretan-
di haud intelligit. Hinc illæ artes latitudinariorum: Hinc
illa brocardica: *Odiosa sunt restringenda: Beneficia sunt late ex-
tendenda* Uniuscujusque legis & privilegii non nisi unus,
verus, adæquatus & genuinus potest esse sensus, & nullibi
datur argumentum legis nisi lex se habeat instar exempli, vel
nisi à majori ad minus, vel a fine ad media vel vice versa conclu-
datur; cætera omnia mihi sunt suspecta Suspecta inquam, hoc est
talia, quæ multorum judicium transcendunt ingenium. Dicimus
levi opera: *Ubi eadem est ratio, ibi eadem est legis dispositio;*
Sed non omnium eadem est sagacitas & dantur etiam cere-
brinæ conclusiones, Vellem ut ad hujus capituli elucidatio-
nem mecum ex L. Rhodia disputetur.

§. 16.

Et ut paucis me expediam, ego nec latum nec strictum
jus statuo, sed verum & adæquatum. Hinc puto JCrum vim
& potestatem leges eruendi tantum habere; Et quod ad re-
gulam: Idem est an in mente legis, an in verbis ejus-
dem aliquid contineatur. Illa non trahenda est ad
licentiam argumentandi; Imo quod ad regulam aliam: *Ubi*
deficit ratio legis ibi etiam deficit legis dispositio. sæpe mihi oc-
currunt peccata interpretum, quæ hisce regulis palliantur;
Quæ enim fuerit mens legislatoris & utrius eadem jam cesset,
sagacioris est ingenii, quam quali utitur sæpe unus & alter.

audacem

§. 17.

Placet unicum allegare exemplum interpretationis suspe-
ctæ. Sextum præceptum ita sonat: *Du sielt i icht Ehebre-
chen.* Mirabilis est Philosophia, quod ex voce *Ehebruch* eru-
atur unica species violationis fidei conjugalis, quippe consi-
stens.

stens in faciendis alii corporis sui copiam. Certè das Brechen der Ehe, in pluribus exemplis consistit, & præceptum ac si ita conceptum esset: Du solt die Pflichten eines treuen Ehe-Gatten in Acht nehmen. B. Lutherus solidissime ad quæstionem: Was ist das? respondit: Wir sollen keusch und züchtig leben, und ein jeglicher sein Gemahl liebhaben, und ehren. Aut hæc verba sunt genuina mens præcepti aut errat Praxis in quæstionibus divortiorum. Plura sciens taceo.

§. 18.

Ex his scriptis liquet, quod inter jus & æquitatem nulla sit differentia, sed quod, sicuti injustitia & iniquitas non aliter differunt quam id quod malum & quod non bonum est, etiam æquitas & jus non aliter differunt, quam id quod bonum & id quod non malum est.

§. 19.

Suum cuique tribuere aurea est, ceu supra jam exposui, illa phrasis, quæ omnis juris totiusque Jurisprudentiæ cardinem exhibet. Collimarunt ad idem, qui justitiam per constantem & perpetuam voluntatem jus suum cuique tribuendi descripserunt. Pax & tranquillitas sunt fulcra Rerum publicarum, & quamdiu suum cuique tribuitur, non dabitur bellum & turbulenta civium conditio. Et quod ad pœnas delinquentium, nescirem, cur non diceremus, quod iudex puniens suum cuique tribuat; Sive concipiantur pœnæ ceu destinata malorum stipendia; Sive statuamus, omnes delinquentes puniri ex contractu.

§. 20.

Ego igitur in illam incidi opinionem, quod regula illa: *Æquitas stricto juri est præferenda*, levioris, si non nullius, sit ponderis, quia hætenus casum desideravi, in quo citra gratiæ notam justitia ab æquitate fuerit distincta. Imo arbitrium iudicis nihil aliud esse existimo, quam justitiam ipsam, nisi enim

ea occasione qua iudex suum interponebat arbitrium idem nisi interposuisset injustus & iniquus fuisset.

§. 21.

Res redit ad Dilemma: Aut Iudex qui ex æquitate se judicare existimat, ita judicare poterat, aut non; Si poterat, etiam debebat, si debebat, injustus fuisset, si aliter judicasset. Nihil igitur datur, quod justitiæ opponi potest quam gratia. Hinc quoties iudex gratiam exhibere non potest, per putativam suam æquitatem vel per arbitrium suum aut involavit Jus summi Principis, aut nihil aliud fecit, quam quod ab eo postulari poterat & sine quo alias gravamen intulisset alterutri partium vel condemnato.

§. 22.

Si quis, ut propter dominantem doctrinam prævideo, dissentit, officiosissime rogo, ut mihi suppeditet haud suspectam utriusque, nempe & juris & æquitatis definitionem, & res erit conclamata, Ego ita ratiocinor: Æquitas est oppositum iniquitatis: Ergo qui hoc negare non potest, concedet, quia iniquitatem ab injustitia non licet distinguere, nec æquitatem juri opponi posse.

§. 23.

Fortè autem objicietur, æquitatem stricto juri præferendam esse omni casu, da das strenge Recht nicht statt haben kan. Sed quid quæso est das strenge Recht? Ego puro quod hoc adjectivum strenge nihil novi vel differentia inducat, & quod das strenge Recht, nullum aliud habeat oppositum quam die Verzeihung oder Gnade.

§. 24.

Ergo jam de Limitibus justitiæ & gratiæ disserendum erit. Suspecti sunt illi limites quos ponunt in verbis recht und billig, nam illa sunt unius ejusdemque ponderis, & eapropter frequentissime junctim per pleonasmum quendam, sumuntur. e. g. Es soll alles, was billig und recht ist, auch wiederfahren.

B

Veri

Veri hinc sunt limites quos jam posui, nempe quod qui justitiam impertitur, nullam, & qui gratiam exhibet, aliquam exceptionem à regula faciat.

§. 25.

Vellem meam mentem omnes capere, ne sinistris subjiat judicii. Scribam aliquid in vernacula: Ein jeder Richter, welcher Billigkeit und Güte vor Recht gehen lästet, der thut solches zu der Zeit, da er auch ein gerechter Richter gewesen wäre, wenn Er nicht also gethan hätte. Ist es nicht so darum, sondern Er hätte bey dem andern modo pronounciandi nicht bestehen können, so ist dem Gerichteten keine Güte wiederfahren; Konnte Er aber bey der schärfferen Erkänntniß auch bestehen, so hat Er ein wahrhafftes jus aggratiandi exerciret, und Er mag nun wissen wie weit Ihm solches zugekommen, Damit Er nicht wegen seiner Anmassung ein Geses auch nur bey einem einzigen casu aufzuheben, höhern Orts in Verantwortung komme. Spectant hæc, quia jam de limitibus gratiæ dissero, ad justitiam punientem; Quoties de jure partium sermo est, ubique datur gravamen, quando judex vult alterutri gratificari.

26.

Lex, utut dura, tamen est sequenda; Ita acclamamus Judici, & nescirem quomodo in collifione hæc regula cum illa: Æquitas stricto juri est præferenda, queat conciliari, In civilibus nulla datur via in jure, mitiorem sententiam ferendi, nisi gravamea inferri velit. Denn zum Exempel: Wenn einer, der nur ein Schaaf hätte, eines schuldig wäre zu liefern, an den, der 1000 besässe, so könnte doch der Richter nicht sprechen, daß, weil Kläger Schaafe genug hätte, Beklagter von der Klage zu entbinden sey. Exemplum etiam præbent indulgentia moratoria, quæ non nisi à summo Principe possunt concedi. Omne illorum, quod affertur, fundamentum consistit in eo, quod latius videatur ad tempus jus non dicere creditoribus,
quam

quam debitorem bonis exuere. Nova & temporaria lex datur & quidem ex rationibus à conservatione debitoris petitis. Si quis aequitatem appellaverit basin, cur non quilibet iudex concedit debitoribus halcyonia, præsertim adversus creditores locupletissimos. Legatur Exc. LEYSERI Med. XII n. 4. ubi rubrum ita: Iudex inferior inducias debitori obærato ex justa causa indulgere potest. Si leges allegatæ hanc licentiam tribuunt, prout, qua particularem solutionem *Recess Imp. nov. S. 172.* aliquid juvat, ego consentio; Sed tunc nulla æquitas temperat jus strictum, sed id tribuitur quod postulari & non sine gravamine denegari poterat.

§. 27.

Ne tamen quis putet, nullos dari casus, in quibus iudex, citra affectationem illustris juris aggratiandi, queat gratiam impertiri, probe distinguenda sunt omnia. Quoties igitur iudex est talis, qui pro limitibus suæ jurisdictionis condidit statutum, toties citra abusum Jurisdictionis gratiam exhibere potest. Exempla præbent universitates & corpora non adeo infima, quæ sanctiones pœnales publicarunt, illa enim gratiam & in pronunciando & post prononciationem poterunt exercere. Omnia itaque redeunt ad potestatem statuendi, in quodcumque enim delictum pœnas quas poterat sancire, in illo etiam gratiam rigori præferre integrum erit.

§. 28.

Præter hos casus jus aggratiandi est regale, quod non nisi à summa potestate exerceri potest. Est autem illud regale haud parum limitatum, & suprema est regula: Quam pœnam non Princeps sed DEUS dictavit, illam nec Princeps mitigare potest. Appellamus hujusmodi casus illos, quando versamur circa delicta jure divino taxata.

§. 29.

Ex his principiis dubium illud vexatum circa casus homicidii dolosi potest dissolvi. Prostant scripta crustica virorum

B 2

haud

haud infimæ caveæ de hoc themate. Bibliotheca Lipenio-
Jenichiana cupidis sistit catalogum haud levem. Ego illis accedo
qui in dolosis & proæreticis insidiosisque homicidiis Principi
plane denegant jus aggratiandi.

§. 30.

Exhibuit mihi meus Dn. Præses casum novissimum in quo
Facultas Juridica Habsque ullo addito pœnam gladii distaverat,
duæ aliæ autem R. et G. aggratiationem summæ potestatis arbitrio
reliquerant. Transmittebatur idem ex Deereto Regio, denuo,
& quidem ad Rostochiensis, quo illi suum desuper ferrent ju-
dicium. Respondebatur: Daß die Begnadigung nicht statt
finde. Rationes ita fluebant:

Wenn man denn aber: exponebatur ante cur pœna gla-
dii irroganda: sich auf die Länge lediglich zu der Gnade des
allergnädigsten Königes wendet, und zu dessen Behuff die
göttlichen Gesetze auf eine gar freye Art interpretiret, so fin-
den wir uns genöthiget unsre Meinung davon dürre zu sagen.

Es wird doch wohl der Grund bleiben, daß die Bibel
Gottes Wort sey: Ist dieses, so muß man daraus den ge-
offenbahreten Willen Gottes erforschen: Solcher Wille ist
allenthalben vermuthlich so lange univrsel obligirend, biß in
exceptione eine lex forensis, oder ceremonialis dargethan:
Folglich hat man sich fast mehr um die Wahrzeichen des
besonderen, als des univrsellen Willens zu bekümmern.

Alles was vor der Sündfluth publiciret und was vor
Abrahams Zeit geoffenbahret, ist univrsel, und das Gesetz
vom Blut-Essen, wenn es recht genommen wird, ist noch al-
lerdings unter uns, indem = und was besonders das Gesetz
vom Todschlag anbelanget, so muß man auf den beygefüge-
ten Bewegungs-Grund sehen, welcher nicht etwa auf ein
Volk sich allein schicket, sondern auf das ganze menschliche
Geschlecht, indem es heisset: Denn Gott hat den Menschen
zu seinem Bilde gemacht.

Die

Die Worte des ganzen Capittels sind so bewandt, als wenn Gott der Zeit erst die Welt erschaffen hätte, indem alle die Anweisungen und Befehle denen gleich sind, welche Gott zu Adam und Evam heym Anfang aller Dinge gesprochen. Es braucht auch hiebey nicht der Wiederholung im neuen Testament, denn das ist nur unter andern auch ein Wahrzeichen, und ist folglich nicht das einzige, zugeschweigen, daß die Ermahnung Christi an Petrum Matth. 26. nicht undeutlich eine repetition zu nennen, und daß der Spruch Apocal. XIII. v. 10. sehr mercklich. Und da Schrift muß aus Schrift erkläret werden; So ergeben die weitem Verordnungen Gottes allenthalben, wie theuer er das Menschen-Blut schätze und was aus Exod. Cap. XXI. angeführet wird, ist nicht anders, als eine exception von der Regul anzusehen, welche die Regul bestätigt: Als den daselbst nur von dem Homocidio casuali, so auch culposo, und zugleich von dem Moderamine inculpatæ tætelæ die Rede ist, so bleibt das dolosum unter der Regul, und es heisset v. 23. in Lev. XXIV. 16. Num. XXXV. 16. Seele um Seele, und der Spruch Deut. XIX. v. 4. patrociniert denen homicidis in regula gar nicht, sondern setzet eine solche Exception durch die erleuternde exempla, daß diesem Inquisito daraus schlecht gerathen. Es sind die Worte wohl zu bedencken: seinen Nächsten schlägt, nicht fürschlich und hat vorhin keinen Haß auf ihn gehabt; Der Haß darff nicht alt seyn, sondern kan sich auch in einer Minute zuziehen.

Wir wollen in applicatione allein bey dem Spruch Exod. XXI. v. 12. seqq. bleiben, daselbst wird gesagt, der Todtschläger soll nur nicht sterben dem sein Nächster ohngefähr en seine Hände gefallen; Im Gegentheil, der an seinem Nächsten frevelt, und ihn mit List erwürgt: (welches in diversis casibus kan genommen werden!) der soll sterben. Wen dieses Gesetz die Major propositio wird; So ist es mit der Subsum

ption bald gethan; Und es muß *ex facto* heißen: Atqui Inquisit hat gefrevelt an dem M und ihn dolose erstochen, und derselbe ist ihm nicht ohngefähr in seine Hände gefallen; Ergo, muß er sterben.

Das heißet wohl allerdings freveln, wann man jemanden mit Worten und Wercken anzerret, den Degen probirt, den Reichenden verfolget. *zc.* Warlich, wenn wir auch kein göttliches geschriebenes Geseze von der Straffe des Todschlags hätten, so würde doch wohl nach den Principiis des Rechts der Natur ein weiser Fürst diß *Delictum* mit der Todes-Straff zu ahnden mit Gesezen androhen; Und wenn denn bey einem dergestalt menschlichen Geseze auch die Begnädigung aus notorischen *principiis admissibile*, so sind wir versichert, weil Begnadigungen sehr säuberlich zu exerciren, daß in diesem *Casu* kein Pardon würde ertheilet werden. Es ist ein gar zu gefährlich Ding in der menschlichen Gesellschaft, um die frevelhaftten Todschläge; Und da wir in *damnis reparabilibus* die *ultima* verordnen, so müssen wir auch aus blosser Licht der Vernunft in den *Irreparabilibus* ungemeine Wache halten. Es fahren die Hefftigkeiten ohnedem so weit, daß die ersten Drohungen auf Blutvergiessen, und Hals und Bein brechen loßgehen; Wo man demnach *ipem veniæ* überbleiben ließe, so würde des Mordens kein Ende seyn. Wir sind unsers Orts nicht die schärffsten, werden auch in Blut-Sachen viel gefragt; So sind wir auch nicht abergläubisch, und meynen Gottes Wort und Willen nicht ungleich zuverstehen; Verwahren demnach unsere Gewissen und die Regenten und Länder mit allen Kräfften für Blut-Schulden; Und insonderheit in den Gränken der Universal-Geseze beschmißen wir uns nicht mit Neulichkeit; Sondern absolviren in Blut-Sachen nur den, der *Casum*, *culpam* und *defensionem necessariam* zu allegiren weiß. Meynungen der *Doctorem* betrachten wir fleißig, kehren uns aber an dieselben nicht, wenn wir sie nicht bewähret finden.

finden. Betreffend in specie die mancherley Gedancken über die Leges universales, so ist einmahl falsch, daß vor Kulpisio man dieselben nicht statuiret, und wenn es auf Wahrzeichen ankömmt, so sagen Gribner und Buddeus nicht, daß in allen die criteria dunckel, sondern meynen, da sie die existentz lassen, solches nur von einigen. Die Responsa von R. und G. lassen wir in ihrem Werth; Unsers Ortes aber werden dergleichen nie zuhoffen seyn.

Wir finden also nichts vor den Inquisiten in Jure; und wiederrahen die gratiam nach allem Vermögen; Achten auch die intercessions, und das argumentum à peritia für gar unzulänglich, und die Historie von Joab der doch auch endlich, nach Masse des Spruchs Exod. XXI, 14. vom Altar genommen, und getödtet, wissen wir auf diesen Inquisiten nicht zu appliciren.

§. 31.

Ira recte judicatum esse constabit amicis, ne leges divinae de homicidio fiant elusoriae. Verum quando, quæso, annotanda erit formula: Es wäre denn, daß die höchste Herrschaft in Ansehung zc. Inquisito das Leben schencken, und die Todes-Straffe in = = verwandeln wölte? Certe ego ad hanc quæstionem deveniens obstupui & meum Dn. Præsidentem consulens accepi decretum: Daß diese Worte zu schreiben ihm viel beschwerlicher sey, als jemand, ohne jenigen Zusatz das Leben abzuerkennen. Præsertim autem sensi, quod, juxta principia meæ dissertationis, res sit difficillima. Expediam me interea sequentibus positionibus succinctis:

*In delictis jure divino vere taxatis absit clausula;
Ergo eandem adnectere licet in delictis jure humano taxatis,
Ergo in homicidio doloso locum non habet, & delicata est formula: Daß Inquisitus wegen des an N. N. verübten Todtschlages mit dem Schwerde vom Leben zum Tode zu bring*

bringen; Es wäre dann, daß Jhro $\approx \approx$ in Ansehung der besondern Umstände etc. Si enim adsunt Umstände, quæ gratiam possunt elicere, nec justitia ultima dictare debet, si vero justitia ultima dictanda habet, gratia etiam cessare debet; Secus enim Lex de homicidio desinit esse divina & degenerat in humanam, & cum tempore erit lex plebem, non vero illos qui inquisitiones protrahere & aulas sollicitare didicerunt atque occasiones nacti sunt, cœrens.

§. 32.

Pergo ulterius, & pono: Ergo clausula adjici potest quodammodo versamur circa delictum, in quod jure humano pœna ultima supplicii est statuta, & singulares adsunt circumstantiæ, quæ equidem judicem non possunt dimovere a regula, ast principem prudentem queunt movere. Exempla, si de legibus Germaniæ communibus sermo fuerit, facile suppeditari queunt.

§. 33.

Alii casus emergunt in legibus novis durioribus, quæ interdum crescentibus delictis ab indignabundis Principibus, ægre nimirum ferentibus, quod nullis pœnarum arbitrariarum gradibus possint compescere malos, publicantur. Exempla allegare non patitur tractatio, & casus facile inveniuntur.

Monstravit mihi Dn. PRÆSES casum Danum, in quo Anno 1733. applicandum erat Regium edictum adversus seductores Militum de Anno 1724. d. 4. Febr. pœnam laquei determinans; Fuit certe ille de genere arduorum. Interim, quia consummatio ultima intercepta erat & alia mitigantia concurrerant, extraordinaria dictabatur. Junxit Præses hisce alios, speciatim etiam quosdam, in quibus agebatur de applicanda pœna

pœna in fures domesticos in Terris Luneburgensibus per nova edicta iustissime & regiè statuta.

Novus casus est in duris & meritò duris articulis militaribus applicandis.

Alia exempla præbent casus, in quibus non adeo ex legibus expressis quam ex opinionibus Doctorum, pœnæ ultimæ dictantur; Si enim Jctus in doctrinis suis mitiori sententiæ haud addictus est, tamen, haud male agit, si per clausulam causam defert ad aulas; (Nam id pariter notandum censeo, quod iudices, quoties clausula addita, necessario debeant aulas adire) Exempla præbent casus conatuum in criminibus atrocissimis, v. gr. Assassinii, latrocinii, parricidii, veneni propinati, incendii & similia.

§. 34.

In casibus bigamiæ, lenocinii, qua uxores & filias prostitutioni expeditas & aliis quibusdam, v. gr. adulterio duplicato, extra Saxoniam, modus pronuntiandi varius est; Et quamvis qua bigamiam litera Constitutionis Carolinæ Art. 121. clarissima sit, quod nimirum gladius sit dictandus, tamen puto, quod Collegium, sententiam concipiens illud: *Es wäre demnächst queat prudenter adnectere.*

§. 35.

Casus speciales mihi sat multos obtulit Dn: PRÆSES ex actis Facultatis novissimis; Exhibuit unum, mense Ianuario hujus anni ex terra Hadelensi missum, da ein junges Weib von 20. Jahren, ihrem alten über 70 jährigen Mann einmahl des Sonnabends, und da das nicht gewürcket des Montags wiederumb, Gift in die Speise gemischt. Dubitaverat Referens an pœna gladii esset dictanda, cum addito, an vero extraordinaria; Sed ex collegiali deliberatione emanaverat conclusum, de pœna gravissima extraordinaria irroganda. Rationes ita fluunt: Allein da wir, unsers Orts, in denen quæstionibus de conatu gerne die glimpflichsten Lehren annehmen und

und appliciren; So haben wir, wie geschehen, erkennen wollen = und daß besonders bismahl, auch der böshafften reiteration unerachtet, weil der alte Feldmann, welcher ein sicheres argumentum exempli giebt, daß die Ehen der gar alten Kerlen mit denen gar jungen Mägden monströse und von lauter böse Folgen sind, dennoch von dem Pfann-Kuchen an seinem Leibe keinen anhaltenden Schaden bekommen; Dergleichen doch wol gewiß die schärferen Criminalisten wegen der Worte des 130sten Articuli der P. S. G. O. **Wer jemand durch Gifft an Leib oder Leben beschädiget**, erfordern. Es thun auch die übrigen argumenta mitigantia das ihre, als daß Inquisition nur erst ins 21ste Jahr getreten, daß sie sehr schlecht und rade erzogen, daß sie nicht flüchtig geworden, auch nicht lange im Bekennen difficultiret; So auch, daß der Alte zum zweyten mahl den Gifft nicht würcklich genossen; Wie denn auch überall die dosis des Raxen-Pulvers woll geringe gewesen. Von der dictirten extraordinaria kan sie indessen diß alles nicht befreyen, und die Vorbitte des Mannes will in diesem delicto nichts verfangen: Vielmehr sind wir gar geneigt, weil wir die causas divortii nicht captiren, den Ehebruch nicht allein in delicto carnis suchen, und dergleichen gefährliche Anstellungen für die allerschändliste desertion achten, einem solchem Ehe-Mann ein totale divortium zu accordiren.

§. 36.

Aliud mihi ex Actis Anni 1736. suppeditavit exemplum ex Regno Dania: Es hatte ein Kerl eine Frau die allein in ihrem abgelegenen Hause war, Raubes halber, mörderlich angefallen; Er hatte dieselbe, seiner Meynung nach, da Er Sie hart verwundet, getödtet, und fing an nach den Raub sich anzusehen, weil aber 2 Leute auf das Haus zukamen, ging Er heraus und suchte dieselben wegzurweisen, als wenn niemand zu Hause wäre, und zugleich entfernte er sich. Die Frau aber erhobte sich dennoch und starb nicht an Ihren wunden

len Wunden, weil diese beyden Leute ihre Hülffe verschafften.
 Pronunciabatur: Das Inquisitus mit dem Schwerdte &c.
 Es wäre dann, daß Ihro Königl. Majest. in Ansehung &c.
 Rationes ab atrocitate condemnabant: Regiæ Majestati autem
 relinquebatur jus aggratiandi, quia Jus divinum ad inaggrati-
 abile requirit occisum hominem.

§. 37.

Sed theoria hæc sufficiat, præsertim quia casus addidi;
 Doctus, pius & prudens Judex se paratum habeat, ut & con-
 scientiam & scientiam testetur, caveatque, ne jurisprudentia
 criminalis fiat res meri ingenii. Hæc dum scripsi, quod nem-
 pe omnia prudenter fieri debeant, ipsi Principi limites signavi.
 Leges enim facile fiunt elusoriæ, & multa patrantur sub spe
 veniæ, si summi Magistratus faciles nimis sunt in aggratiando.
 Dicimus quidem aggratiantem subvenire sine exemplo, sed
 primum exemplum est via ad secundum, & posito uno ponun-
 tur mox plura; Ergo maneat Princeps in regula & juxta
 L. 13. ff. de Offic. Præs. precibus illorum quos malos putat,
 non inlacrymetur.

§. 38.

An & quatenus igitur: (De Aggratiatione differens sem-
 per Principis ideam adhibui); superioritate territoriali destitu-
 tus Magistratus vel judex patrimonialis queat in tantum aggra-
 tiari delinquentem, ut pœnam unam extraordinariam mutet in
 aliam, uno fasciculo complectere non licet. Est inter extra-
 ordinarias omnium maxima fustigatio, collocabo post eandem
 damnationem ad operas publicas, sequatur relegatio in perpe-
 tuum & reliquæ sive sint pœnæ carceris cum vel sine carena,
 sive sint numellæ, & quæ sunt aliæ. Quod fustigatio dictanda
 queat mutari arbitrio judicis in damnationem ad operas publi-
 cas, arbitria Facultatum satis testantur. Utrum vero jam ab
 extraneis dictata possit mutari in eandem? vehementer ambigo,
 propter verba Const. Crim. und sich darnach halten, Idem

de relegatione in perpetuum dixerim. Quod reliquas attinet, mihi constat quod e. g. pœna carceris in pecuniariam mutetur & arbitrium quod in dictanda dabatur etiam post dictatam adhuc obtinet, nec dabitur Fiscali locus ea propter lites mo vendi. Si quis dubitet an tale arbitrium appellitari queat aggratiatio, ego suadeo, quod vocetur arbitrium, ne fiat confusio; illustris enim terminus aggratiationis, *Der Begnadigung* maneat superiori salvus.

§. 39.

Observatur interdum, quod Judices sibi arrogent facultatem mutandi pœnas arbitrarias imo detrahendi exasperationes; Sed fiant hæc cum grano salis; Retulit Dn. Præses casum, in quo Judex patrimonialis infanticidæ caput palo infigendum pro arbitrio non infixerat; Sed transeat. Rectius egerunt illi, quorum multos recensuit, qui rogarunt, ut, si possibile, Facultas velit mutare arbitrariam unam in aliam, quia occasio ipsos deficeret exequendi dictatam, v. gr. condemnationem ad operas publicas.

§. 40.

Expofui mentem meam, quantum per breves disputationi academicæ adaptatas theses fieri licuit, & volo tantum adhuc afferre, quod omnia singularia illa quæ circa pœnas ob respectum personarum occurrunt, non sint aggratiationes, sed talia arbitria, quæ Judex non poterat non adhibere. Feras mihi fecit *Consult. Dn. D. KRÄGER, amicus humanissimus, in Disput. de Respectu personarum in foro criminali*, sub Præsidio DN Præsidis habita. Stat ejus sententia, quod respiciendum sit ad Personas, ita ut pœnæ ultimæ, quas non generice DEVS & specificè Princeps ordinavit mutantur in minus infamantes. Respiciatur ad Personas, quoad externa & ritus atque solennia, ita ut exasperationes detrahantur & minori apparatu publico fiat executio; Et ut paucis me remittam, fiat aliquid diversi in antecedentibus, concomitantibus & consequentibus quoad pœnas

pœnas ultimi supplicii. Et omne illud tantum aberit ab aggratiatione, ut potius credam, judicem male judicare si eadem neglexerit.

§. 41.

Quoad arbitrarias sive extraordinarias, magis adhuc verum est, quod externe & apparenter mitiores pœnas dictare debeat Judex, nisi velit legulejus esse. Semper enim respiciendum ad detrimentum famæ, imo etiam ad familiæ afflictionem. Ergo hic non agitur de limitibus justitiæ & gratiæ, eo sensu, quod perfunctorie judicantes putant exhiberi gratiam, ubi nil nisi vera administratur justitia.

§. 42.

Impar est theoria observationibus hanc causam conficientibus, siquidem circumstantiæ mille modis queunt esse variæ. Animus erat enumerandi quædam exempla, in quibus, si non pœna ultima, tamen in modo pœnæ aliquid fuit remissum; Sed obrutus typographus rogat, ut institutum contraham. Unum interea allegabo casum in quo frustra allegaretur æquitas vel gratia. Quid si pronunciaretur: Daß Inquisitus mit dem = vom Leben zum Tode zu bringen; Es wäre dann, daß die höchste Herrschafft in Erwægung, daß er zuweilen nicht richtig im Haupte &c. Absit per omnia sacra. Melius sonaret sequens formula: Daß Inquisitus mit dem Strange = Es wäre dann, daß seine Angehörigen für ihn intercedirten; In welchem Fall, der Familie zu Ehren, derselbe mit dem Schwerdte &c. Nam in priori formula ponendum erat: Daß N in Betracht, daß er zuweilen nicht richtig im Haupte, mit der Todes-Straffe zuverschonen, und &c. Qua pœnas arbitrarias infinita essent scribenda, si integrum mihi esset omnes delictorum perspicere species: Minorennitas, rusticitas, aliorum seductio, numerosa proles, vita post acta, peritia artis &c. possunt movere judicem; Sed

judiciosius omnia constant; Alios ne mille quidem exempla instruunt.

§. 43.

Curiosa satis est occasio apparenter mitigandi poenam ob respectum personarum, quam in Collegio juridico Rostochiensis frequentari me docuit Dn. Praeses, quod nimirum homines proprii, quamdiu ulla ratione evitari potest, haud fustigentur vel etiam simpliciter relegentur; Quia enim sunt in numero rerum suorum Dominorum, utique cavendum erit, ne illi facile priventur parte quadam bonorum: Moderna praxis adeo est viridis in Facultate Juridica hujus Almae, ut hujus seculi centum mihi obtulerit casus Dn. Praeses, in quibus poena arbitraria, dura quidem, veluti die Darstellung an das Halß-Eisen: Prügels durch den Schließer: Gefängnisse bey Wasser und Brodt, auch wol Karren-Straffe auf einizge Zeit &c. ad conditionem & proprietatem non mutans, fuit dictata. Rationes semper ita sonant: Weil man aber die Leibeigenen in denen Domainen oder bey den adelichen Güttern, so lange es immer thunlich, conserviret; So haben wir &c. Quod perpetuus talis fuerit stylus Mecklenburgicus, obiter volvendo in actis, probo ex anno 1659 & 1681, quem ultimum casum eapropter lubentius allego, quia concernit opilionem, & quia scribere Antecessore: Weil man aber jederzeit denen Herrschafften ratione der Schäffers zufügen gewohnet; So haben wir statt der relegation &c.

§. 44.

Sed de ARBITRIO JUDICIS largius ut agam; Vellem ut mihi alii suppeditarent elegantem arbitrii hujus definitionem; Mihi enim videretur illud referendum, ad ea quae nec dici nec scribi possunt. Pace acutiorum, ego arbitrium idem mihi concipio, quod sit *judicium practicum, in casibus, quibus theoria impar est, ita judicandi, ut non inique plus vel inique minus fiat, quam quod jus & justitia exigunt & permittunt.*

Leges

§. 45.

Leges ita scribi non posse, ut omnes casus comprehendant, est inter vulgatissima *per L 10 ff. de LL.* Ergo ex. & applicatione opus est. Et prouti ubique respici debet ad verum subjectum & verum prædicatum, ne fiat sophisma, sic medius terminus five ratio argute est eruenda, ut vis atque potestas legum elucescat. Maxima igitur peccata committuntur in eo, quod Interpretes sæpe clamitent, se habere casum in terminis, ubi toto caelo distant à mente legislatoris & putamina non nucleos tenent.

§. 46.

Sed ego non possum aliter me expedire, quam ut scribam: Omnia quæ ICTus pronunciat, quia *contra* Leges nihil statuendum est, vel sunt pronunciata *secundum* Leges, vel *præter* Leges; Præter Leges aliquid statuimus, quando de casu obveniente nihil est dispositum, id quod rarissime contingit. *Conf. l. 3. ff de LL.*; Secundum Leges igitur erit procedendum & constabit, quod omnes vulgo sic dictæ æquitates à legibus ipsis necessario & ita, ut nulla judici debeatur gratiarum actio, imponantur, suppeditentur; Et quia hoc verum est, confidenter dixi superius, nullam dari æquitatem stricto juri præferendam, Legatur *Exc. Dn. KRESSII Diss. operosissima de Æquitate.*

§. 47.

Mens mea clarior reddetur, si dissentientes mihi casus obtulerint, in quibus putant se invenisse præferentiam æquitatis. Ego adhuc maneo in meo superiori dilemmate. Scrutatus sum multos Doctores qui de æquitate ex instituto scripserunt. Dicunt, æquitatem esse correctionem juris quando deficere propter generalitatem videtur; Dicunt, æquitatem esse adjunctum juris: Appellant eandem moderationem & benignam juris interpretationem; Sed ego hæc omnia non capio, quia obscurum per æque obscurum describitur, vel nihil novi dicitur, quod nimirum non mea involveret genuina juris interpretatio,

Scri-

§. 48.

Scribunt multa de circumstantiis æstimandis : Allegant textus L. 112. §. ult. ff. de Condit. & Demonstrat. L. 31. ff. De-
pos. L. 17. ff. De Transactionibus, & addunt, ita decernendum
esse, ut decretum prorsus cum Legislatoris mente coincidat.
Sed en circulum! Legislatoris mens igitur est eruenda & jus
obtinebit non æquitas. Sollicitantur nonnulla loca Ciceroni-
ana, exempli gratia ex Orat. pro Cecinna, ubi ita : *Omnino jam
bene agis, a verbis cum recedis & æquitate uteris.* Sed quid hoc
sibi velit, mihi non vult arridere ; Quando enim exempla
quæro, obstupesco ad illa quæ offeruntur. Ita enim apud
quendam ICtum, quem honoris gratia non nomino, lego :
*Cum Lex scripta omnem homicidam morte puniendum precipit,
æquitas ab hac lege excipit eum qui per imprudentiam & casu
fortuito aliquem interfecit.* Sophisma est detectum ; quis enim
putabit unquam homicidas casuales per solam æquitatem ab-
solv. Remitto me ad responsum superius exhibitum.

§. 45.

Res itaque redit ad depravationes verborum & enrium
multiplicationem inutilem atque periculofam, id quod, ulterius
legendo talia, largiter detego. Lego ita : *Hoc unum negotium
æquitatis est, ut ad id quod rationi consentaneum est, scriptarum
legum sensus accommodetur.* Nauseam mihi creant talia dicta,
quæ nihil dicunt, æquitati enim aliquid tribuitur, quod justitiæ
adeo est proprium, ut nisi illa velit vel in nihilum redigi, vel
tyrannidis indui habitu, adimi eidem neutiquam potest. **O**-
mnium autem maxime intolerabile mihi est, quod de æquo
differentes simul bonum memorare solent. Ex æquo & bono
aliquid agere & hanc actionem justitiæ opponere injuria est
atrocissima. Sed ita luditur in locutionibus, quo etiam tendit
illa famosissima & inquisitione dignissima regula : *Summum
jus summa sæpe est injuria.* Sed exaggerandum erit arbitrium
Judicis, quod nempe sit qualitas quæ veras sibi partes in Ju-
ris

ris prudentia vindicat, id quod per exempla erit demonstrandum. *Excusationes Tutorum* & curatorum per digitos enumerari non possunt. Leges memorant numerum liberorum, senectutem, morbos, officia, onera aliarum tutelarum, inimicitiam & alia. Tantum abest, ut iudex possit ad omnes casus instrui, ut potius ego in me recipiam defendere, quod omnia exempla excusationum voluntariarum fiant impedimenta, sive excusationes necessariae. Iudex enim illum qui numerosam prolem habet, qui aetate gravis est &c. & nihilominus affectat tutelam, arcere potest, etiam indignandum.

§. 50.

In materia *restitutionis in integrum*, quis metus sit sufficiens, quis dolus sit talis, ut operetur, rescissionem nexus, mille casuum figurationibus non potest exhausti. Recte & belle dicitur: *Metus sit talis qui cadit in constantem; Dolus sit talis qui cadit in prudentem*; Et in alio casu: *Agere non valenti non currit prescriptio*. Sed applicetur & videatur, quod Praetor non tam ob novos & non expressos casus dicere debuerit: *Si qua alia, justa causa mihi esse videbitur*, sed quod idem de casibus expressis sibi reservare habuerit. Si quis hic objecerit, aequitatem igitur dari ex confessis, & arbitrium Iudicis ejus esse synonymum; Respondeo, quod ego illud concedere possem, nisi jam adesset depravata vocis *ÆQVITATIS* acceptio. Arbitrium Iudicis versatur etiam circa casus legibus non expressos: *Æquitas* autem vult praeferrari juri & in praelatione est illud scandalum, quod mihi datur. In *materia matrimoniali* arbitrium Iudicis magnam facit paginam. Ut unicum caput excerptam, & tantum de repudiorum causis differam. Quænam quæso theoria unquam par fuit determinandis causis illis ob quas sponsalia queunt legitime dissolvi? Omnes regulæ deficiunt, & nullus legislator poterit per casus in terminis Iudices praemonere. Crassa ex-
D
empla

empla definiri omnino poterunt, sed illa quæ subtiliora sunt, inque quibus personarum qualitas & causarum una plurium concursus veniunt in censum, arbitrio iudicis relicta manent. Exempli causa: Allegantur mores intolerabiles: Famæ macula: Error circa bona fortunæ & nescio quæ singularia. Fiant igitur quæso leges de his tribus causis, sed fiant tales ut omnes casus comprehendant, ita ut & ad nobiles & ad plebejos queant applicari. *Excell. DN. LEYSERVS* allegat casum von einem Bräutigam, der darum von seiner Braut losgesprochen, weil dieselbe so gar zänckisch gewesen. Subscripsissem, si casus fuit inter nobiliores, ubi dicitur merito: Plaga ingenuis sunt alienæ. Sed an omni casu idem facturus essem, dubito. Et sic se res habet per omnes alios casus. Abunde igitur videmus, quid sit arbitrium iudicis, & quod descriptio superius data quadret. Quoties enim Leges & theoria sunt impares, toties arbitrium illud adhibendum, Et iudex in talibus casibus, sobrio respectu, fit legislator ad hunc actum.

§. 51.

Non puto me plus iusto tribuisse Iudici, dum eundem appellavi legislatorem ad certum quendam actum; Nam alligo eundem simul & eo ipso ad principia prudentiæ legislatoris. Legislator ipse leges de repudio ferens ob oculos sibi ponebat matrimonium felix, beatum & tranquillum; Tribus, conjugum sine suo haud defraudandum. Regulam intuebatur: Restius est in tempore venire, quam post vulneratam causam remedia quærere: Hinc quoties procreationi sobolis aliquid obstare apprehendit, dirimit; Quoties amori conjugali obices positos observat, viasque ad frigusculum & invitationes ad delinquendum apertas cernit, toties arcet; Et quia tandem finis secundarius (placet manere in recepta doctrina, quam speciose etiam dicatur, finem secundarium non habere cum mediis nexum necessarium)

dicitur mutuum adiutorium, quod verbum divinum originarie in procreatione sobolis tantum indigat; Quoties videt iudex aliquid conversationi illi privatissimæ & familiaritati utilissimæ obstans & nocivum sese exserere, toties promptus est ad dissolvendum. De extinctione libidinis, quam tertium dicunt finem, non differam. Arbitrio autem in hoc passu accedit aliud arbitrium; Nam duo sunt modi decernendi repudia. Primus, quando sine alterutrius delicto fit & nec pars quædam læsa accipit satisfactionem, nec fiscus capit multam; Et secundus, quando datur pars læsa & utraque satisfactio est præstanda. Hic Rhodus! hic salta! Principia illa quæ circa repudia statui, merito etiam qua divortia attenderentur; Hoc tamen cum discrimine, ut omnino graviores causæ requirantur. Habemus in quæstionibus de viris officiis jam admotis & vitam famamque commaculantibus, dicitur: *Multa arcent quæ non ejiciunt.* Salvator noster non est contrarius, nam leviusculas causas allegare noluit, arduas admisit. Nihil autem est leve, nihil est arduum, nisi quod sapientum iudicio tale est; Plebs enim minutias exaggerat & ponderosa extenuat.

§. 52.

In causis *servitutum* & cum illis connexarum novi operis nunciationum, passim dominatur arbitrium iudicis, quo incommoda à vicinis allegata examinentur, pro conditione actorum & nunciantium. Scæpe enim non fonticæ causæ sed invidia & odium progenerant inhibitiones, & doctrina, quod & amœnitatis ratio habenda sit, inspirat animos.

§. 53.

In casibus illis ubi leges *solemnitatem* quandam posuerunt & formam negotii ad illam adstrinxerunt, omne arbitrium iudicis obicem habet, & silere debet ob limites determinatos.

D 2

Nam

Nam sive e, gr. adoptiones sive nuptias sive ultimas voluntates consideraveris, non est judicis, quidquam pro perfecto & valituro declarare, etiamsi minima fuerint neglecta. Non licet dicere: Es käme ja darauf nicht an, ob die adoption zu Protocoll bestätiget; Genung daß der Verstorbene es allezeit declariret, daß Er den Knaben an Sohns statt angenommen, es fehle ja nicht an den essentialibus, und was die Principia der allgemeinen Wahrheiten erfoderten. Et alio Exemplo: Es wäre eben so viel ob da 6 oder 7 Zeugen bey gewesen: Ob sie alle 7 mit einmahl, oder einmahl 3, und ein andermahl 4 das Testament unterschrieben; Genung daß der Inhalt des abgelebten wahrer Wille gewesen.

§. 54.

Sed hæc sunt notoria; Magis ardua est controversia: *An liceat Testamentis vulgo sic dictis privilegiatis alia superaddere?* Dimicant Doctores de Testamentis parturientium, illorum qui in navi vel etiam postis vel aliis occasionibus subitaneis vel ubi non dabatur, imo denegabatur copia Jcti, Notarii vel testium v. g. incarcerati & post torturam graviter decumbentis, vid. FABER in *Cod. Lib. VI. tit. 5. def. 2.* & ex illo *Exc. DN. LEYSER, medit. Spec. 3. m. 6.* Multi Jcti omnes casus, quos ultra quinque famosos allegant alii, plane repellunt ex serie testamentorum privilegiatorum, & addunt rationem: Jctorum non est privilegia concedere vel ea interpretando porrigere ad species legibus non expressas, ceu scite scribit Ill. HEINECCIUS *Patronus & Preceptor meus venerabilis, Element. Pand. Tit. de Testament. mil. in fine.* Alii putant, quasvis leges etiam privilegium indulgentes ita esse explicandas, ut inde non emergat absurdum, adduntque, aut e, g. in navi decumbentes sunt intestabiles, aut ad impossibilia obligantur, aut ipsis licet juxta principia essentialia testari. Addunt etiam, aut quæ de favore ultimarum voluntatum circumferuntur, sunt gratis dicta, aut talia testamenta anomala valere debent;

debent; Sed quod ad hoc ultimum dilemna, res ipsa loquitur, quod dicis gratia de favore ultimarum voluntatum differatur, rigorosæ enim solennitatum observationes plus detrahunt, quam omnia alia tribuunt.

§. 55.

Pergunt Promotores dictorum testamentorum allegando L. 183. ff. de R. J. ubi Marcellus ita: *Etsi nihil facile mutandum est ex solennibus, tamen ubi æquitas evidens poscit, subveniendum est* Jungunt argumentum à favore necessitatis & L. 8. C. de Judiciis, in qua Augustus ita: *Placuit in omnibus rebus præcipuam esse justitiæ æquitatisque quam stricti juris rationem.* Legatur Excell. Dn. LEYSERVS Medit. Spec. 14. n. 5. qui allegat Tractatum Juri Ultraj. van ECK de Testament. parturientium, Res est igitur aleæ, si quis in vero casu versetur. Doctores si quis numeret, splendida est series negantium, sed non incelebris ordo affirmantium, quod valeant ultimæ voluntates.

B. STRYKIVS in Caut. Testamentor. contra illas sentit; in Usu Moderno tamen circa casum de milite vulnerato in tit. de Testam. Mil. §. 4. ad alia transire videtur castra,

§. 56.

Tenere auribus placet hanc quæstionem, quo meas de limitibus meditationes exponam. Jctus ille qui e. g. Testamentum in navi absque consuetis solennitatibus conditum pro valido declararet, *an justus, an æquus vel arbiter esset?* Ego credo, quod justum se gereret arbitrum; Hæ enim notionis justitæ & arbitri possunt simul stare, quia deficiente lege expressa ad decisiones casuum similium in vi atque potestate ascenditur; Si enim circa pestis conceptum in sensu juridico rectissime quosvis morbos contagiosos referimus, ita ut putarem nos legulejos futuros, si vocem pestis captarem & non ad rationes, quod difficulter grassante peste conveniant homines, vel ad decumbentem se invitari patiantur, respiceremus; omnino etiam

D 3

testamen-

testamenti rustici ratio, quod habiles testes non tam cito in pagis haberi queant, ad casus similes, ubi testes frustra quaeruntur, extendi debet. Excerptis Dn. Praeses duos casus Mecklenburgicos ex actis Facultatis de anno 1626, ubi versus Neo Brandenburgum pronunciatum, daß ein Testamentum holographum, welches einer ohne einigen Zeugen, da er an der West gelegen, aufgesetzt, gelten sollte. Item, daß eine donatio mortis causa zu gleicher Zeit, ohne acceptation des donatarii gethan, allerdings beständig sey. Dicat nunc aliquis aequitatem stricto juri tunc praeferrere; Responderem: strictum jus hic attendi & quantum ad sententiam ita sentientis J Cti, adesse persuasionem quod suum cuique non tribueret, sed justitiae vim inferret, si aliter sentiret. Quoties igitur Judex ita pronunciat, ut putaret se injustum fuisse judicem si aliter pronunciasset, toties omnes aequitatis Juri stricto oppositae ideae cessant. Deficit me pagina secus ego ulterioribus exponerem, quod illa regula: Aequitas stricto juri praeferrenda, Judicem ita disponat, ut si velit aequus esse, nequeat stricti juris cultor esse, id quod tamen absolute stare non potest, quia Judex NB. in juribus partium determinandis non nisi unicum debet habuisse in sua conscientia & scientia pronuncianti modum. Das Fâme wohl selbstsahm heraus, wenn der Richter nach abgeprochenen Urthel in Juribus partium, sagen wollte: Ich hätte auch endlich wohl so sprechen können, v g. Das Testament sollte nicht gelten, aber &c. das wäre nicht rühmlich, und es würde keine Gleichheit der Sentiments werden, sondern es würden lauter casus pro amicis daraus brüten.

§. 57.

Quod ad L. 8. C. de Judiciis, ego puto, quod illa sit inexplicabilis, quid enim sit strictum jus in oppositione ad Justitiam vim mex rationis transcendit. Casus gratiae indigirari non credo, ergo de Casibus Justitiae sermo est. Vereor ne talia disteria corrumpant judicia. Ita igitur sentiamus: Placuit

cuit in omnibus rebus examinari omnes circumstantias, quo nihil ultra mentem & ideam legislatoris statuatur.

§ 58.

Placet illi mediationi de arbitrio Judicis in casibus deficientium solennitatum inhære per aliud exemplum. In *processualibus* varia dantur solennia temporum quæ *fatalia* appellamus. Multa horum sunt injuncta sub pœna irriti. Quæritur: An & quando arbitrium Judicis habeat locum, quo neglectus non noceat? Respondeo: Quoties injustum foret numerare dies & non respicere ad impedimenta & simul ad rationem legum quæ ut plurimum est negligentia. Non igitur hæc debet esse ratio: *Es kommt ja auf ein paar Tage so genau nicht an*, hæc enim pessundaret omnem rationem status & judices faceret amicos & inimicos; Sed ratio debet esse talis, ut ea non attenta pars implorans gravatam se dicere & superiorem adire, vel alio remedio uti queat. Et hoc quæso punctum gratosus Lector pro intelligendo toto meo scopo reneat & attendat; Nam omnes casus ambitiose allegatæ æquiritatis, quippe per quos Judex forte putat singulariter bene meritus esse de parte una, ita sunt comparati, ut vel altera inde gravamen sentiat per remedium & vocem: *übel gesprochen, und wohl appelliret*, corrigendum, vel illa ipsa cui æquitas imperita, potuisset, si aliter pronunciatum fuisset, ad superiorem provocare & remediis uti convenientibus.

§ 59.

Possem subsistere, quia ex hisce expositis satis constat quorsum meæ meditationes inaugurales, quas nemini obtrudendo, tendant. Adjiciam tamen sequentia. In quæstionibus *dilationum* & *contumacia* judex per Leges & theoriam haud potest ita præparari & instrui, ut leges instar vocabularii queat evolvere. Personarum respectus & innumerabiles casuum varietates attendi & expectari volunt. Morbi proprii & aliorum cognatione junctorum, curæ funerum, tempestas, conditio

ditio partui vicinarum &c. non absque grano salis possunt di-
judicari. Hinc recte scribunt practici e. g. *B. SCHOEPPFE-
RVS in Synopsi Tit. si quis caution. n. 7. que vero impedimenta sint
legitima, certa regula non potest includi, sed iudicis arbitrio com-
mittendum.*

§. 60.

Qua probationes, quarum quædam præsertim artificiales
dicuntur, quia non omnium est idem ingenium in conjectu-
ris, præsumtionibus & indiciis ferre punctum, arbitrium ju-
dicis insigniter dominatur. Imperatores & legislatores sem-
per merito desperarunt de instructione legali omnes casus com-
prehendente. Hinc si quis ideam arbitrantis legere vult, evolvat
*L. 3. ff. de Testib. & habebit illustre & splendidum mandatum cum
libera, Judici datum; Ita enim D. Hadrianus rescripsit Vero
& Vero. Tu magis scire potes, quanta fides habenda sit testibus;
Qui, & cujus dignitatis & cujus æstimationis sint: & qui simplici-
ter visi sunt dicere, utrum unum eundemque meditatam sermo-
nem attulerint: an ad ea quæ interrogaveras ex tempore verissi-
milia responderint. Quæ argumenta ad quem modum probande
cuique rei sufficiant, nullo certo modo definiiri potest: Sicut nos
semper, ita sæpe, sine publicis monumentis cujusque rei veritas depre-
benditur: Alias numerus testium, alias dignitas & auctoritas, alias
veluti consentiens fama confirmat rei de qua queritur, fidem. Hoc
ergo solum tibi rescribere possum summatim, non ubique ad unam
probationis speciem alligari debere, sed ex sententia animi tui te æsti-
mare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opine-
ris. Conf. l. 13. Eod. Quando suppletorium, quando purgato-
rum, tam in criminalibus quam in civilibus locum habeat;
quando territio vel tortura ipsa & quis ejusdem gradus sit ap-
pieabilis, religioni judicantium (conf. III. HEINECCII *Diff.
de Religione judicantium circa reorum confessiones*) simpliciter re-
linquitur. Qua testes adhuc placet allegare elegantem *Medi-
tationem Leyserianam 283. quæ hæc fert inscriptionem: De
arbitrio**

arbitrio Judicis unico doctrina de testibus fundamento. Paradoxa ubique videntur quæ leguntur, & tamen omnia omnium merentur calculum, e. g. in causis criminalibus testimonium minoris 20. annis fidem habet & non habet: Testes de Universitate aliquando admittuntur, aliquando repelluntur: Testis domesticus aliquando pro teste omni exceptione majore non habetur. Pari modo sonant quæ de parentibus in causis liberorum, de conjugibus, fratribus, consanguineis &c. erudite & practice afferuntur.

§. 61.

Constat ex his dictis, quod orbis & Respublicæ, non possint stare absque arbitrio prudentum Judicum, quia theoria non omnibus casibus par est. Æquitate autem haud indigemus, modo sumus justii & quandoque in puniendo gratiosii. Concludo igitur meam tractationem quia tempori inservendum.

Quæ igitur de pœnis arbitrariis possem differere, non capiunt paginæ. Imperator in Constitutione Criminali non potuit omnibus delictis pœnam statuere, sed plurima remisit, ad arbitrium judicis, auf den Rath der Rechts-Gelehrten. Si compendium Juris criminalis scribere animus esset, hæc omnia per inductionem rimarer, sed illuc ascendere non libet. Videat Lector quid alii ante me præstiterint. Legat e. gr. *Jcti Erford. TENZELII Dissert. de arbitrio circa pœnas, hab. 1724.* quæ satis ampla est.

Hic terminalia sunt; repeto superiorem amicam compellationem, velint nempe Lectores humanissimi hunc meum laborem non rigorosæ, sed placidæ subicere dijudicationi. Ego non adeo pœvicaus ero, ut non admitterem dissensus,

DEVS clementissimus meis assistat conaminibus, faxitque ut vitæ meæ curriculum absolvens, post tot beneficia, dicere queam:

SOLI DEO GLORIA!

E

MAN;

MANTISSA PRÆSIDIS.

Frequentissime satis occurrunt in Constitutione Carolina verba: Nach Recht der Rechts-Gelahrten. Novi, disputatum sæpe esse, quales viri intelligantur per illos Rechts-Gelahrte? Alii præcisè volunt intelligi promotos in Academiis Doctores Juris, imò & Licenciatos, utut olim de his, qua potestatem respondendi de jure fuerit dubitatum. Credo, quod rectè sentiant, si in genere quæsitum fuerit, quinam verè in Germania pro talibus sint habendi, quales apud Romanos erant Prudentes, quorum Responsa tanti erant ponderis, ut ad species juris scripti referantur; In quæstionibus enim practicis, de consiliis Jctorum, quæ minimum a nota & pœna temere litigantium liberant, constat, (Salvo Jure Collegiorum Illustrium & Scabinatum, ad quæ etiam acta mittuntur, utut graduati non præcisè sint Assessores) quod Non-graduati Responsum scopo suo careat. De eo autem mihi non præcisè est quæstio; Tantum enim ad casus criminales respicio; In illis verba: nach Recht der Rechts-Gelahrten merito ad integra Collegia & ad honores in jure supremos sunt restringenda, quoties nimirum sermo est de actis ad extraneos mittendis vel missis. Quando igitur inquisitio instituitur a magistratu, cujus membra, minimum nonnulla, sunt viri in jure eruditi, imò promoti in Academiis, non credo, opus est, ut abscesserit acta mittantur ad sapientes, ut loquimur, extraneos. Constitutio criminalis est Lex germanica se referens ad statum Reipublicæ; Jam vero Jurisdictio criminalis in Germania est in manibus tot magistratum, etiam patrimonialium, ut non semper tutò statuendum sit, Judices esse juris satis peritos; Hinc e re erat, jubere transmissionem in regula, salvis exceptionibus, qua Collegia, in quibus dantur Viri, secundum artis regulas, Jurisprudentes.

Ita, etiam contra meam utilitatem, statuo; Et quod ad indigitatos casus, de judicibus non adeo peritis, Facultates testes esse possunt, quam saluberrimus sit Imperatoris jussus. Sæpe enim judicibus, per interlocutorias, quando, re quasi benè gesta, perunt definitivas, datur instructio, quomodo processus

cessus sit adornandus ; Nam tumultuariè nonnunquam pro-
cesserunt ; Interdum torturas exercuerunt, absque interlocuto-
ria , mit drey frischen haselnen Stöcken : Interdum scarent
protocolla articulis suggestivis ; Interdum indagatio corporis
delicti est neglecta , & quæ sunt alia , quæ corrigenda ve-
niunt.

Verum magis ad scopum meum me convertam ; Is au-
tem est ille, ut demonstrum, Facultatum Juridicarum singulare
jus esse arbitrandi, quale non possunt Collegia magistrarum,
utut contineant Jctos, exercere. Foundationes Academiarum
sunt consulendæ ; Imperatores enim & Principes voluerunt, ut
tales in vicinia ubique essent viri, quorum officium specialius es-
set, jura interpretari. Et quia leges, in specie, sanctiones pœna-
les, ita scribi non possunt, ut omnes casus comprehendant, pe-
nes ejusmodi viros, ex auctoritate magnatum, est arbitrium,
non leges dandi, vel abrogandi, vel corrigendi, attamen ad
casus applicandi & temperandi pro infinita diversitate cir-
cumstantiarum. Hinc pro arbitrio exasperant pœnas, pro
eodem etiam arbitrio mitigant & temperant easdem. Ab-
sit, ut hac voce jus quoddam aggratiandi vindicem Facultati-
bus ; Nam non est gratia, quando in speciebus & casibus sin-
gularibus arbitramur. Scripsit, me præside *Consult. Dn. D.*
KRüGER, Amicus meus singulariter dilectus, in diss. inaugurali,
quod Facultates nonnunquam sint minus timidæ, remittentes
judices ad aulas, eo tempore & casu, ubi ipsæ poterant arbi-
trari. Offendit, novi, hic passus unum vel alterum ; Sed vera
adhuc est hæc assertio. & stat sententia, quod Facultates juridi-
cæ ea polleant auctoritate, ut possint multa agere, quæ judici-
bus & magistratibus, utut Jurisconsultissimis, non sunt pro-
pria. Ego hac in parte, bene gnarus, quod Jura principum
salva manere debeant adversus ambitiosa Jctorum decreta,
non soleo esse timidus. & hinc in novissimis temporibus se-
cutus sum, cum meis Dominis Collegis, exempla majorum.
Allegabo igitur nonnulla tumultuaria excerpta Archivi Facul-
tatis, & quidem, pro tempore, non memorans noviores ca-
sus, sed antiquiores ; Imò inter illos tales, circa quos ipse
paulohæstrassem.

Anno 1630 dictata erat veneficæ pœna ignis : remittebantur acta, junctis precibus inquisitæ & intercessione judicis, & mutabatur ignis in gladium.

Anno 1679 Furi dictabatur laqueus; Sed, weil er von hübschen Leuten war, bey vielen vornehmen Herren Schreiber gewesen, und Weib und Kinder in der Nähe hätte, addebat, daß er könne des Abends abgenommen und bey dem Gerichte begraben werden. Concepta est sententia nomine Dn. de Welzien, zu Sammit.

Anno 1677 (ut interspergam casum exasperatæ pœnæ) in casu stupri, sæpe repetiti, fustigatio decreta; Qualia exempla sæpe occurrunt; Et ante aliquot annos versus Dobberthin similiter fuit judicatum, & quidem ad specialem instantiam, verbis: Weil das Laster des Orts so schrecklich einrißte. Præiverunt majores, Anno 1649, versus Dobran quater stupratæ eandem pœnam impertientes.

Anno 1650 versus Luebz, in adulterio duplici, pronuntiatum, quod ambo gladio sint puniendi; Remissis actis, ob intercessionem conjugum, utrique fustigatio dictata.

Eodem anno furibus nonnullis laqueo alias dignis, assignatur arbitraria, ex ratione: Daß zur Zeit nicht allemahl so rigore zuverfahren, weil durch den Krieg viele Leute in Noth gerathen.

Anno 1648 Pastori Marchico dictatur, ob homicidium, gladius, sed additur: Daß er aber in Ansehung seines Alters, und daß er 31 Jahre im Ministerio gewesen, mit der Todesstraffe zuverschonen und nur seines Amptes zu entsetzen, und zudegradiren, auch darauf mit ewiger Gefängniß zu bestraffen. Circa hunc casum, fateor, me timorem invadere, & aureos darem, ut acta integra legere liceret.

Anno 1677 post fatale incendium Rostochiense, furti accusantur focer & gener; Judicatur, laqueum locum habere, sed dictatur gladius & cadavera terre mandantur, in gratiam conditionis & familiarum. Et quod ad hunc passum de laqueo in gladium mutato, credo, quod sexcentos casus allegare queam, in quibus arbitrati sunt Antecessores.

Suffi:

Sufficiant hæc exempla, hac vice. Addo tantum illis, quod, quia pœna fustigationis merito ubique abrogaretur, in Facultate nostra ut plurimum ita concipiuntur sententiæ: *Daß falsß zur Karren-Zucht-und Werck-Haus-Arbeit &c.* Differunt verba pro ratione circumstantiarum, præsertim etiam sexus, *keine Gelegenheit*, inquisit. *zur Staupe zuschlagen* mit Ruthen starck auszuhauen &c. in rationibus decidendi scribitur de pœna fustigationis saluti publicæ inimica & de condemnatione ad operas publicas omnino meliori.

AMICO SVO
KEDINGIO,

S. P. D.
PRÆSES.

NE mireris, *Optime Kedingi!* quod nullis aliis te alloquar honorum titulis, quam quod te *Amicum*, & quidem *meum*, appellem; Factum idem est a me, calamum ad scribendum has lineas gratulatorias arripiente, singulari affectu, nam ego, qui satis novi, quomodo te alias, compellandum habeam, in hoc titulo amici aliquid, quod mihi *svavissimum*, & tibi *haud inglorium* est, quæro & deprehendo. Consanguinitas facit quidem nexus hominum in tabula genealogica, sed amicitia jungit animos & arguit duos, quorum mutua benevolentia fecit copulam arbitrariam. Et sicuti dicimus, quod noscatur ex socio, qui non cognoscitur ex se, etiam amicus nobis probati viri eo ipso virtutis & præstantiæ habet argumentum. Quia tua, *Humanissime* (vah! quantus character) *Domine Kedingi!* gaudent amicitia, non sunt alii, quam quos tua pietas atque prudentia selegit, & sunt inter illos viri, quos tu ex tua parte ob singularem reverentiam *Fautores* appellas; Viri sunt, ut alios taceam, quos *Gustrovium*, imo universa patria *Mecklenburgensis*, inter sua refert ornamenta. Validissimum tuæ, inter alia, præstantiæ documentum præbet intimior admissio, qua te dignum dudum judicavit in programmate laudatus *KRAFFTIVS Tuus*, qui tamen, pace tua, & meus est; Et quidni etiam, salvo tuo jure meus esset, qui commune multorum, favore & amore tanti viri dignorum bonum est. Vellem te & in eo aliquid collocare, quod & ego tuus amicus sim; Sed quid scribo vellem? Novi enim te ea erga me ferri pietate & humanitate, ut a mea amicitia etiam testimonium pro te depromi benevole profitearis. Gratulor igitur mihi de hoc tuo, propter tuam intemeratam vitam mihi etiam utilissimo & dulcissimo iudicio, & spondeo, spemque facio, fore, ut tibi, ex hoc argumento, nonnullorum viro-

vicorum, qui certe haud sunt fungi, concilietur gratia atque benevolentia. Sunt enim, quod praescini scripserim, DEO sit laus! aliquot viri, qui mihi bene cupiunt. Si etiam de aliis audiveris mi Kedingi! rogo ne te dimoveat illud vulgatum: *Inimici mei amicus est meus inimicus*, nam si hoc impium habent symbolum, certo satis poteris concludere, quod praestet reliquis eorum virtutibus se haud committere. Sed, ut verum fatear, ego non credo, me inter Christianos habere tales inimicos, qui super indicendum bellum vel etiam trigusculum juramentum calumniae salva conscientia jurare possent; Lubenter enim aliis inferviendo consumor & me submitto clypeo dicti: *Si DEus pro nobis, quis contra nos*; Ne quid dicam de solatio, quod sentio ex dicto Prov. XVI. 7. Sed redeo ad te, *Amice Kedingi!* cujus constantem voluntatem suam cuique tribuendi laetus observavi. Pietas & officiositas tibi adeo sunt propria, ut aliis quibusdam malefieriatis atrabilia judicium. Quis est qui te audivisset alios, vel non laudantem, vel si hoc non meruerunt, tamen non excusantem? Officia erga te ipsum solertissime observasti; Puer, adolescens, vir juvenis, spem primitias & largam copiam virtutis con- & percipere fecisti; Testes sunt Praeceptores Gustavovienses in programme laudati: Testis est dies natalis Serenissimi Principis & Domini nostri Anno 1731. in Gymnasio Gustavoviensi devotissime celebratus, quippe quo, juxta tersum programma Richterianum, de Henrico Leone, orationem solennem, *de laetis & sinistris variorum nominum omnibus*, ad Auditores O. O. honoratissimos dixisti. De academica vita testatur programma, & prodeat etiam dicatissimus delator, dicatque si quaedam sciverit, quae mei Kedingii nomen deformare vel contaminare queant. Sunt quidam homines, quibus quasi in fronte scripta sunt verba, primo intuitu legenda: *Nemini* (de bonis sermo est) *gravis*; *Omnibus gratus*. Certe ad illos referri meum Kedingium ubique audivi & observavi. O igitur bis, ter quaterque beatum eundem; Nam ita proficiens in moribus, & in studiis insignes faciens progressus, sub umbra altissimi, vitam transiget in gloriam DEI, salutem Republicae, familiae splendorem & proprium commodum vere pragmaticam. Et hoc ut fiat, summa votorum meorum est. Vale igitur Amice! Vale & hunc summum apud me honoris titulum ulterius orna. Esto Jurisconsultus & Amicus; Jurisconsultus enim justus atque injusti scientiam callens nullius nisi bonorum amicus eris; Qua alios accipe symbolum: *Odi profanum vulgus & arceo*. Sic suum cuique tribue & ex justitia & ex gratia, (has enim virtutes aequitatem ad pleonasmos referens, sufficere haud inelegerat scripsisti) id age, quod virum egregium decet. DEus tibi tribuet tua, partemque donorum atque bonorum ex quovis regno naturae, & rationali, & sensitivo & vegetativo largietur. Vale & amicium tuum animum erga me meosque nunquam depone.

Dab. Inter varia alia danda d. 12 Aprilis Anno 1738.

VIRO PRÆNOBILISSIMO ATQVE
CONSULTISSIMO,

DOMINO

JOACH. CHRIST. KEDINGEN,

JVRIS VTRIVSQUE DOCTORANDO,
AVUNCVLO AC AMICO SVO HONORATISSIMO,
DILECTISSIMO, QUÆVIS FELICIA APPRECATVR


CHRIST. DIET. DOHSE.


ARduum certe & sat grave suscipis negotium,
prænobilissime Domine Doctorande! dum ad
dissertationem tuam inauguralem selegisti
materiam, quæ dubiis involuta est maximis; Cau-
te igitur tibi circumspiciendum erit, ne summæ
Majestati divinæ, secundum Leges nobis revela-
tas, pœnam luas, vel adversus imperantes L. 5. C.
de divers. rescr. violati obsequii neglectæque re-
verentiæ reatum incurras. Dubia & incerta
equidem est in genere Jurisprudentia nostra, &
arbitrarii in quavis fere juris materia Judici po-
nuntur limites; Utere itaque in ambiguitatibus
hisce cum JCtis, tam theoreticis quam practicis,
eadem licentia; Et, quia nullum mihi rem anet
dubium, quin sale & pipere satis perfricatum sit
specimen hocce tuum academicum; Limites er-
go ac cancellos, quos regali juris aggratiandi, cum
assensu Doctorum, in illo posuisti, mascule ut de-
fendas, & nullo modo tibi finas moveri, firmiter
mihi persuasum habeo. Merito igitur tali legum
do-


Doctrina instructus indefessi jam percipis laboris
dona & digna præmia, quæ Brabeuta, *Vir magnifi-
cus atque FCtus excellentissimus, Dominus MANZE-
LIVS, Decanus ad hunc actum spectabilissimus, tuus
ac meus Fautor, cognatus ac amicus plurimum estiman-
dus, quem in academiæ patriæ & familiæ splendo-
rem Deus T. O. M. ad seros usque annos servet in-
columem, tibi jam solenniter confert. Gratulor
hinc Domino PARENTI tuo ad canos annos
profecto, Avo meo multum venerando, de fi-
lio tam præstanti, & tibi de promerita hac docto-
rali dignitate, nil magis in votis habens, quam ut
amplissimum numen ampliores secundet honores.
Vale, me meosque tibi commendatos habe.*

Scribebam Gustrovii,

die 14. Apr. 1738.







ANOBILISSIMO ATQVE
NSVLTISSIMO,
DOMINO
CHRIST. KEDINGEN,
RIVSQUE DOCTORANDO,
C AMICO SVO HONORATISSIMO,
D, QVÆVIS FELICIA APPRECATVR
CHRIST. DIET. DOHSE.

erte & fat grave fuscipis negotium,
ffime Domine Doctorande! dum ad
onem tuam inauguralem selegifti
dubiis involuta est maximis; Cau-
cumspiciendum erit, ne summæ
æ, secundum Leges nobis revela-
s, vel adversus imperantes L. 5. C.
violati obsequii neglectæque re-
im incurras. Dubia & incerta
genere Jurisprudentia nostra, &
avis fere juris materia Judici po-
; Utere itaque in ambiguitatibus
s, tam theoreticis quam practicis,
; Et, quia nullum mihi remanet
sale & pipere fatis perfricatum fit
e tuum academicum; Limites er-
e, quos regali juris aggratiandi, cum
um, in illo posuisti, mascule ut de-
modo tibi finas moveri, firmiter
habeo. Merito igitur tali legum
do-